

Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Protéctor noster, áspice, Deus, et réspice in fáciem Christi tui, qui dedit redemptiónem semetípsum pro ómnibus: et fac ut ab ortu solis usque ad occásum magnificétur nomen tuum in géntibus, ac in omni loco sacrificétur et offerátur nómini tuo oblatio munda. Per eúndem Dominum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

O Dio, protettore nostro, volgi lo sguardo al Tuo Cristo, che offrì Sé stesso per la redenzione di tutti: e fa che dall'Oriente all'Occidente sia magnificato il tuo nome fra le genti, e si sacrifichi in ogni luogo e si offra nel Tuo nome un'oblazione monda. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

M. Amen.

PREFAZIO DELLA SS. TRINITÀ

COMMÚNIO

Ps. 118, 81, 80 e 86 - In salutári tuo ánima mea, et in verbum tuum sperávi: quando fácies de persecúentibus me iudícium? Iníqui persecúti sunt me, ádiuva me, Dómine Deus meus.

Sal. 118, 81, 80 e 86 - L'ánima mia ha sperato nella tua salvezza e nella tua parola: quando farai giustizia di coloro che mi perséguitano? Gli iniqui mi hanno perseguitato, aiutami, o Signore, Dio mio.

POSTCOMMÚNIO

Immortalitátis alimóniam consecúti, quaesumus, Dómine: ut, quod ore percépimus, pura mente sectémur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Redemptiónis nostrae múnere vegetáti: quaesumus, Dómine; ut hoc perpétuae salutis auxílio, fides semper vera proficiat. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. Amen.

Ricevuto il cibo dell'immortalità, Ti preghiamo, o Signore, affinché di ciò che abbiamo ricevuto con la bocca, conseguiamo l'effetto con ànimo puro. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

Nutriti del dono della nostra redenzione, Ti preghiamo, o Signore: affinché con questo aiuto di perpetua salute, progredisca sempre la vera fede. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

M. Amen.

Inter Multiplices Una Vox

Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana
c/o Calógero Cammarata, via Tetti Grandi, 9, 10022 Carmagnola (TO)

tel.: 011.19720362

indirizzo internet: www.unavox.it - indirizzo posta elettronica: unavox@cometacom.it

Torino 2023 - Pro manuscripto

MESSALINO FESTIVO

Testo latino e traduzione italiana

PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a. D. 1962 promulgatum

XXI Domenica dopo Pentecoste

Penultima di ottobre 2023

Pro Fidei propagatione

INTRÓITUS

Esth. 13, 9 e 10-11 - In voluntáte tua, Dómine, univérsa sunt pósita, et non est qui possit resistere voluntáti tuae: tu enim fecísti ómnia, coelum et terram, et univérsa quae coeli ámbitu continéntur: Dóminus universórum tu es.

Ps. 118, 1 - Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini.

Gloría Patri...

Esth. 13, 9 e 10-11 - In voluntáte tua, Dómine,...

Ester 13, 9 e 10-11 - Nel tuo dominio, o Signore, sono tutte le cose, e non vi è chi possa resistere al tuo volere: Tu facesti tutto, il cielo, la terra e tutto quello che è contenuto nel giro dei cieli: Tu sei il Signore di tutte le cose.

Sal. 118, 1 - Beati gli uomini di condotta íntegra: che procedono secondo la legge del Signore. Gloria al Padre...

Ester 13, 9 e 10-11 - Nel tuo dominio, o Signore,...

ORÁTIO

Famíliam tuam, quaesumus, Dómine, continúa pietáte custódi: ut a cunctis adversitátibus, te protegénte, sit líbera et in bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum. - Deus, qui omnes hómines vis salvos fieri et ad agnitióem veritátis venire: mitte, quaesumus, operários in messem tuam, et da eis cum omni fidúcia loqui verbum tuum; ut sermo tuus currat et clarificétur, et omnes gentes cognóscant te solum Deum verum, et quem misísti Iesum Christum, Filium tuum, Dominum nostrum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

Custodisci, Te ne preghiamo, o Signore, con incessante pietá, la tua famiglia: affinché, mediante la tua protezione, sia libera da ogni avversità, e nella pratica delle buone opere sia devota al tuo nome. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli. - O Dio, che tutti gli uomini vuoi salvi e condotti alla conoscenza della verità: manda, Te ne preghiamo, operai alla tua messe e fa che annuncino con ogni fiducia la Tua parola, affinché si diffonda e sia glorificata, e tutti i popoli conoscano Te solo Dio vero e Colui che Tu mandasti, Gesù Cristo, Tuo Figlio e Signore nostro: Che è Dio e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

M. - Amen.

EPISTOLA

Lectio **Epistolae** B. Pauli Ap. ad *Ephésios*, 6, 10-17

Fratres: Confortámini in Dómino, et in poténtia virtútiseius. Indúite vos armatúram Dei, ut possítis stare advérsus insídias diabóli. Quóniam non est nobis colluctatio advérsus carnem et sánguinem: sed advérsus príncipes, et potestátes, advérsus mundi rectóres tenebrárum harum, contra spirítuália nequítiae in caeléstibus. Proptérea, accípíte armatúram Dei, ut possítis resistere in die malo, et in ómnibus perfécti stare. State ergo succíncti lumbos vestros in veritáte, et indúti lorícám iustítiae, et calceáti pedes in praeparatióne Evángelii pacis: in ómnibus suméntes scutum fidei, in quo possítis ómnia tela nequíssimi ígneae exstíngueré: et gáeam salútis assúmíte: et gládium spíritus, quod est verbum Dei.

M. - Deo grátias.

Lettura della **Lettera** del B. Paolo Ap. agli *Efesini*, 6, 10-17

Fratelli: Fortificatevi nel Signore e nella potenza della sua virtù. Rivestitevi dell'armatura di Dio, affinché possiate resistere alle insidie del demonio. Non abbiamo infatti da lottare contro la carne e il sangue, ma contro i principi e le potestà, contro i dominanti di questo mondo tenebroso, contro gli spiriti maligni dell'aria. Per questo prendete tutti l'armatura di Dio, onde possiate resistere nel giorno cattivo, e, avendo tutto eseguito, rimanere fermi. Tenete cinti i vostri lombi con la verità; rivestitevi della corazza di giustizia; calzate i piedi con la prontezza per annunciare il Vangelo di pace; soprattutto date di mano allo scudo della fede, col quale possiate estinguere tutti gli infuocati dardi del maligno: e prendete l'elmo della salute, e la spada dello spirito, che è la parola di Dio.

M. - Deo grátias.

GRADUALE

Ps. 89, 1-2 - Dómine, refúgium factus es nobis: a generatióne et progénie.

Priúsqvam montes fíerent, aut formarétur terra et orbis: a saéculo et usque in saéculum tu es Deus.

Sal. 89, 1-2 - O Signore, Tu sei il nostro rifugio: di generazione in generazione.

Prima che i monti fossero, o che si formasse il mondo e la terra: da tutta l'eternità e sino alla fine dei secoli, Tu sei, o Dio.

ALLELÚIA

Allelúia, allelúia.

Ps. 113, 1 - In éxitu Israél de Aegypto, domus Iácob de pópulo bárbaro. Allelúia.

Allelúia, allelúia.

Sal. 113, 1 - Quando Israele uscì dall'Egitto, e la casa di Giacobbe dal popolo straniero. Allelúia.

EVANGÉLIUM

Sequéntia S. **Evángelii** secundum *Matthaeum*, 18, 23-35

In illo témpore: Dixit Iesus discipulis suis parábolam hanc: Assimilátum est regnum coelórum hómini regi, qui vóluit ratiónem pónere cum servis suis. Et cum coepísset ratiónem pónere, oblátus est ei unus, qui

Séguito del S. **Vangelo** secondo *Matteo*, 22, 1-14

In quel tempo: Gesù disse ai suoi discepoli questa parabola: Il regno dei cieli è simile a un re che volle fare i conti con i suoi servi. E avendo iniziato a fare i conti, gli fu presentato uno che gli era debitore di diecimila talenti.

debébat ei decem mília talénta. Cum autem non habéret unde rédderet, iussit eum dóminus eius venúmdari, et uxórem eius, et filios, et ómnia quae habébat, et reddi. Prócicens autem servus ille, orábat eum, dicens: Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi. Misértus autem dóminus servi illius, dimísit eum, et débitum dimísit ei. Egréssus autem servus ille, invénit unum de consérvs suis, qui debébat ei centum denários: et tenens suffocábat eum, dicens: Redde quod debes. Et prócicens consérvus eius, rogábat eum, dicens: Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi. Ille autem nóluit: sed ábiit, et misit eum in cárcerem donec rédderet débitum. Vidéntes autem consérvi eius quae fiébant, contristáti sunt valde: et venérunt et narravérunt dómíno suo ómnia, quae facta fúerant. Tunc, vocávit illum dóminus suus, et ait illi: Serve nequam, omne débitum dimísi tibi, quóniam rogásti me: nonne ergo opórtuit et te miseréri consérvi tui, sicut et ego tui misértus sum? Et irátus dóminus eius, trádidit eum tortóribus, quoadúsque rédderet univérsum débitum. Sic et Pater meus coeléstis fáciét vobis, si non remiséritis unusquisque fratri suo de córdibus vestris.

M. - Laus tibi Christe.

ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

Iob. 1 - Vir erat in terra Hus, nómine Iob: simplex et rectus ac timens Deum: quem Satan pétíit ut tentáret: et data est ei potéstas a Dómíno in facultátes et in carnem eius: perdidítque omnem substántiam ipsíus et filios: carnem quoque eius gravi úlcere vulnerávit.

Giobbe, 1 - Vi era nella terra di Hus, un uomo chiamato Giobbe, semplice, retto e timorato di Dio. Satana chiese di tentarlo e dal Signore gli fu dato il potere sui suoi beni e sul suo corpo. Egli perse tutti i suoi beni e i suoi figli, e il suo corpo fu colpito da gravi ulcere.

SECRÉTA

Súspice, Dómine, propítius hóstias: quíbus et te placári voluísti, et nobis salútem poténti pietáte restítui. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte

Ricevi, propizio, o Signore, queste offerte con le quali volesti essere placato e con potente misericordia restituire a noi la salvezza. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna